Thomae de Aquino

Lectura super epistolam secundam ad Corinthios

Prooemium

Ministri Dei nostri, dicetur vobis, Is. LXI, v. 6.

1. – In his verbis congrue tangitur materia huius secundae epistolae ad Corinthios. Nam in prima epistola agit Apostolus de ipsis sacramentis, sed in hac secunda agit de ministris ipsorum sacramentorum, tam bonis, quam malis.

Ratio autem hanc epistolam scribendi fuit, quod Corinthii, post praedicationem eius, admiserant pseudo-apostolos, quos Apostolo praeferebant. Propter hoc scribit eis hanc epistolam, in qua commendat Apostolos et ostendit verorum Apostolorum dignitatem; ostendit etiam et vituperat falsorum apostolorum falsitatem.

2. – Commendat autem verorum Apostolorum dignitatem, ex hoc quod sunt ministri Dei. "Ministri", inquit, "Dei, dicetur vobis", scilicet Apostolis, qui quidem dicuntur ministri quantum ad tria.

[1] Primo quantum ad dispensationem sacramentorum. I *Cor*. IV,1: "Sic nos existimet homo, ut ministros", etc. Christus enim institutor est sacramentorum, sed Apostoli et eorum successores ea dispensant, et ideo subditur in praedicta auctoritate "et dispensatores mysteriorum Dei".

[2] Secundo quantum ad gubernationem, scilicet inquantum gubernant populum Dei. *Sap*. c. VI,5: "Cum essetis ministri, non recte iudicastis", etc. Deus enim gubernat omnia per prudentiam. Unde quicumque aliquid gubernat, dicitur minister Dei.

Thomas von Aquin

Lesung über den zweiten Brief an die Korinther

Vorrede

Diener unseres Gottes wird man euch nennen (Jes 61,6).

1. – In diesen Worten wird der Gegenstand dieses zweiten Briefes an die Korinther treffend angesprochen. Denn im ersten Brief handelt der Apostel von den Sakramenten als solchen; in diesem zweiten aber handelt er von den Dienern dieser Sakramente, den guten wie den schlechten.

Der Grund aber, diesen Brief zu schreiben, war, daß die Korinther nach seiner Predigt falsche Apostel aufgenommen hatten, die sie dem Apostel vorzogen. Deswegen schreibt er ihnen diesen Brief, in dem er die Apostel empfiehlt und die Würde der wahren Apostel zeigt. Und er zeigt auch und tadelt die Falschheit der falschen Apostel.

2. – Er empfiehlt aber die Würde der wahren Apostel damit, daß sie Diener Gottes sind. „Diener", sagt er, „Gottes wird man euch nennen", nämlich die Apostel, die in dreifacher Hinsicht „Diener" heißen.

[1] Erstens im Hinblick auf die Spendung [Verwaltung] der Sakramente: „So soll man uns betrachten als Diener [Christi]" usw. (1 *Kor* 4,1). Christus ist nämlich der Stifter der Sakramente, die Apostel aber und ihre Nachfolger spenden [verwalten] sie. Und deshalb heißt es in dem genannten Zitat weiter: „und Spender [Verwalter] der Geheimnisse Gottes".

[2] Zweitens im Hinblick auf die Leitung, insofern sie nämlich das Volk Gottes leiten: „Als ihr Diener wart, habt ihr nicht richtig gerichtet" (*Weish* 6,4). Gott nämlich leitet alles durch seine Klugheit. Daher wird wer immer etwas leitet, Diener Gottes genannt.

[3] Tertio quantum ad humanae salutis operationem, inquantum scilicet eorum ministerio et praedicatione, homines ad salutem conversi sunt: cuius salutis solus Deus est auctor, quia ipse est qui venit salvum facere quod perierat, Apostoli vero ministri. I *Cor*. III, v. 4 s.: "Quid ergo est Apollo? Quid Paulus? Ministri eius, cui credidistis", etc.

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

[3] Drittens im Hinblick auf das Wirken zum Heil der Menschen, insofern nämlich durch ihren Dienst und ihre Predigt die Menschen zum Heil bekehrt werden. Urheber dieses Heils ist Gott allein. Denn er ist es, der gekommen ist, um heil zu machen, was verloren war; die Apostel aber sind seine Diener: „Was also ist Apollo? Was Paulus? Diener dessen, dem ihr geglaubt habt" (1 *Kor* 3,5).

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)